



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Vers. 6. & 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

tandem fastidio, & mora somnus obrepit, & perinde agunt, ac si venturus nunquam esset. Græce est *ἐνδοξία*, dormitarunt, quod de negligentia, & qui ex ea consequi solet sopore vsurpatur. Ita bonus inter dum dormitat Homerus, imo & Demosthenes Ciceroni visus est aliquando *υπερθεῖν*, vt refert Plutarchus. Dormitare & dormire, est vt illi putant, obliuisci iudicii Domini, non considerare, cur venerint, sed ad sua negotia conuerti, quasi nondum sit sponsi deducendi tempus.

Consentanea est illa interpretatio hominum moribus: quia tamen non sola fatua, sed etiam prudentes dormitauerunt, & dormierunt, quæ tamen parata steterunt in aduentum Domini: malim sequi Augustini interpretationem, quæ est etiam Gregorij: quæ Ianfenius, multiq; alij sequuntur, nempe dormire significare morbos, & languores mortis causas, & prænuncios, dormire esse mori: est enim mors soror soporis, placidoque simillima somno. Aut sane utramque coniungere.

### VERSVS 6. & 7.

*Media autem nocte clamor factus est  
ecce sponsus venit, exite obviam  
ei. Tunc surrexerunt omnes vir-  
gines illæ, & ornauerunt lampa-  
des suas.*

### QVÆSTIO I.

*Quando venit sponsus?*

*Noctua quomodo veniat.*  
§. 1. **M**edia nocte, Iudæi proprie interpretantur: quemadmodum enim media nocte venit Angelus, occiditque omnia primogenita Ægypti, ita Messiam etiã media nocte venturum affirmat. Quod si rem absolute spectemus, noctu magis quam meridie, semper enim respectu diuersorum horizontium, & nox, & dies est: in omnibus partibus gentes sunt, si igitur vni aderit nocte media, alijs meridie, vespere, & mane alijs superueniet. Nunc etiam Iudæi in paschate in mediam vsque noctem excubias extendunt. Probabile quidem nocte venturum Dominum, seu eo tempore, quo in Palæstina nox est. Hoc tamen certius eo tempore quo minime expectabatur, sic enim ille aduenit, qui media nocte improvisus adest. Tum vero inter tot terrorum noctes, & plerisque aliis versis, vt in diebus Noe, & diebus Lot, personabit tuba, & mortui omnes ad iudicium citabuntur. Noctē fortasse vteretur, vt maior improbis oriat, quamuis Christus suo, suorumque splendore tenebras omnes illuminaturus sit.

*Ornare est instruere.*  
§. 2. Omnes itaque consurgent, omnis cura aliarum rerum de manibus excutietur: omnes intenti erunt, vt lampadas adornent, præparent, vt legitime occurrant sponso. Quis ornatus ille sit, frustra queritur, floribus aut alijs ornari qui putant, non intelligunt ornandi verbum; quod est adornare, instruere, concinnare. Hoc Græcis est *κοσμεῖν*, vnde *κοσμήσας* λαόν, qui in ordinem exercitus cogunt, aciem instruunt. sic Syrum *אֲרָאָה* *Vattheane*, aptarunt, nempe componendo lampadas, & Ellychnium, oleum infundendo, neque enim fatua adeo fatua fuerunt, vt cum oleum deficere viderent, de floribus, aut feris cogitarent. Ad reddendas igitur operum rationes se accingunt, vt monet Augustinus (serm. 22. alia enim cura fingi nulla potest. Memento enim veniet, aut æternitas beata, aut supplicium ignis.

§. 3. Hic etiam suam fiduciam iactant veteres Zwingliani, nam recentiores eam deseruerunt, Mæculus. *In fidelis vocatus à Domino, mox turbatur, de lampade cogitat, nihil vero in promptu habet. Fidelis contra quam imparatus deprehenditur.* Ingens profecto iactantia, vt nunquam sic imparatus, qui credit. Quomodo autem paratus erit ex sententia Calviniana, si credat se paratum, si credat esse in vasis oleum? Si credat se nuptiali cena non excludendum? Hæc est enim fides, tam quæ turos & securos reddit, incredibili stoliditate parat. Nam Pareus in c. 4. ad Romanos, Plene beatificatos suos iustos arbitrat, nec presentibus, nec præteritis, nec futuris peccatis posse excidere iustitia, aut iram Dei mereri. Aliter Conradus Vorslius in 2. parte Testera dec. Antipist. [Pistorius nostri officij ait esse, oblatum Dei beneficium libero consensu amplecti, & Deum vocantem ultro sequi. At vero postquam iustificati sumus, cum nos bonis operibus, & secundum iustificationem, hoc est, continuum iustitiæ progressum & salutem æternam vere promereri, & posse, & debere docere: ne perdamus præmium &c.]

Inde deducit, doctrinam Caluini de certa perseuerantia plane detestandam esse, quæ securitatem & ingenuam pariat.

Hic respondet Vorsi: [Et speciatim faciem iustificatos si peccatis iterum contra conscientiam se cure iudulerint, iræ & vindictæ diuinæ obnoxios esse tuadere.] Imo deteriorem fieri eorum conditionem, quam fuerit antea. Deinde concludit, Electos non deficere finaliter, quod verum est, sed multum abesse à vero & intimo Caluini sensu, nunquam in parte, aut eos deficere, vt iusti esse desinant. Negat tamen Vorsi, ex illa perseuerantia certitudine oriri superbiam aut præsumptionem; Nam non nisi sanctis & electis illam perseuerantiam & certitudinem tribuit. Et his non simpliciter, & absolute: sed hac demum conditione: Si quidem cum timore, & tremore salutem suam operari non cessauerint. Sed ille vel nobiscum sentit, vel fraudem facit. Catholica sententia est: Eos perseuerare, qui cum timore, & tremore salutem suam operantur, si operari non cessauerint. At Calviniani non hoc modo dicunt, quod verum est, sed hoc in super addunt, quod à malo est; Certo sibi constare fore, vt cum timore, & tremore salutem operari nunquam cessent. Hoc est, quod culpamus. Hoc simpliciter & absolute arguunt, ideoque timorem, & tremorem abijciunt. Nec hoc modo asseuerant, sed etiam addunt: se quamuis exemplo Davidis adulterio, & cædibus polluantur, cum D. Petro peierent, aut alia scelera contra vitam, tamque tabulam concipiant, eo tamen ipso tempore nec iustitiâ, sibi à Deo imputata priuari, & salutem suam operari. Atque hoc est supremum facinus, quod seclerati audent. Hæc solent aliqui rectius, alij nudius proponere. Sicq; solent *λογους ἀσυνεχούς* & *ἀσυνεχούς* *ἀνδράων*. Sermones vt lora, & sphaeras inter se mittere, vt est in proverbio, vt simplicibus illudant. Itaque non est hic finis sperandus.

*Αὐτὸν δὲ τὸν ἐξ ἑστῆτος, καὶ ὁ λαὸς ὁ λαός.*

*Lis litem, noxam noxa parit.*

Nunc igitur si virgines illas moncant illi doctores, vt sese excipiendo sponso præparent, aliud dicere necesse non habent. Nisi vt credant se non excludendas, credant se recta via semper ituras. Si lucernas frangant, oleum taracem perlaturas, vno verbo, certitudinem omnia posse. Multo de iustitia diuinare ceteris præscientiam poetæ sensere. Diphilum comicum Clementis citat l. 6. Irom.

*Tunc mortuos putas, heus Nicerate,  
Quiscomaibus replere voluptatibus  
Ac si Deum latuissent, penitus esse liberos?*

*iustitia*

Iustitia est oculus tuetur qui omnia.

Namque in inferis duas putamus semitas,  
Vnam bonorum, sed malorum esse alteram  
Viam, licet duas tellus simulet egat.

Agendum furare alacriter omni tempore  
Prædare, diripe, spolia: at ne erraveris  
Iudicium est, faciet quidem quod in inferis

Qui est omnium Dominus Deus, cui nomen est  
Terribile, ego quod neque nominaverim.

Mortalium si quis putat. Sed indies  
Dum agit male quicquam latere apud Deos;

Male is putat, falsis que dein conuincitur

In toto & quiete dum degit iustitia

Videre qui Deum haud esse creditis,

Est enim Deus, si quis facit, sed improbe

Cum sit malus, tempus ille contemperet

Nam tempore ille postero pœnas dabit.

Conueniantem his quoque per hæc itagcedia.

Erit ne erit nouum iam tempus seculi,

Quando ignis effundet refertas copias

Auratus ether flamma quæ pasta & fuit  
Terrens cuncta, cunctaque & sublimia vret fu-

rens.

at Caluinianæ virgines aliud respondebunt.

Non tempore ille postero pœnas dabit.

Et quare non dabit? Quia certus est se non da-  
tarum. At longe alia mens Sanctorum. S. Ephrem

de apparit. cuius tempore Iudicii.

Tunc cuncti prospicientes in sublimi formidabile & sanctū  
magis Regi apparere sceptrum, cognoscent & in memoriam

reducunt sermonem Domini dicentis: quia signum apparebit  
super hominibus in celo, certique erunt post illud continuo Regem

reuelandum. In illa hora vni quisque, tractabit pauidus, quo pa-  
da obuiam tremendo occurret Regi, reuoluetq; mente cunctas

actiones suas. Deinde quisque propria ante faciem suam cernet  
opera. Tunc omnes qui misericordia opera coluerunt, & vere

penitentiam egerunt, quique angustiam & arctam ingressi sunt  
viam suam, in solitudinibus, & montibus atq; speluncis pro-

fectionem ad finem vsque caste seruauerunt, hilares continebuntur  
bona, quæ premerunt ante se, opera. Misericordes cernent ibi

mendicosos ac pauperes quorum hic miseri sunt, pro ipsis inter-  
pellantes, eorumq; opera bona coram angelis, & hominibus ad-

monantes. Qui vero hic lacrymas pro peccatis fuderunt, & la-  
truerunt, molissimis per penitentiam subierunt, hilares ibi atq;

gaudent cum gloria adstabunt, expectantes beatam spem & ad-  
ventum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Et

tunc breuiter cum timore licet, maiora non refert: Quamvis ma-  
gnam illam atque horribilem audientis clamorem, ex altitu-

dine celsitri personantem: Ecce Sponsus venit. Ecce Iudex adest.  
Ecce Rex apparet. Ecce supremus Iudicum Iudex reuelatur. Ecce

viatorum seculorum aduenit Deus, & induet viuos & mor-  
tuos. Tunc Christo dilecti à voce clamoris, conuertissent fun-

damenta & renes terre, à sinibus vsq; ad fines, & mare omnes  
qui essent. Tunc fratres mei angustia & timor, stuporque in o-

mnem eruet hominem, à clangore atq; resonantia tubarum &  
a mense expectationis eorum, qua superueniente vniuerso orbi.

Ecce quantum verissima sanctorum Theologia di-  
ctat à nouatorum præsumptione, & facta, qui sola fi-

des titulos iactare non desinunt.

Et de extremo iudicio & compunctione. Eene  
aliam in nobis habeamus sollicitudinem fratres, præter hanc

sciam, quomodo scilicet anima nostra, cum lumine illo cum  
sensu omnibus inueniri possit. Neque exstinguamus, constri-

ngamus, eam vili rebus terrenis, aut sollicitudinibus possessio-  
nis & pecuniarum: rerum exornemus eam orationibus &

lacrims, & vigilijs, & lacrymis, ut quantulumcumque fiduciam  
coram tribunalis tremendi tunc iudicis Christi inue-

niat, quando omnes anima cum timore atque tremore adsi-  
stent: quando electi ibi separabuntur à peccatoribus, quan-

do vicissim steterint oues à dextris, & hœdi à sinistris.

Hæc forma est, hæc præparatio ad illum diem ma-

gnum, hoc modo curandæ lampades ne exstinguantur.

## VERSUS 8. & 9.

Fatua autem sapientibus dixerunt:

Date nobis de oleo vestro, quia

lampades nostræ extinguuntur.

Responderunt prudentes, dicen-

tes: Ne forte non sufficiat nobis &

vobis, ite potius ad vendentes &

emite vobis

## QUESTIO I.

Cur petunt oleum fatua, & cur recusant

dare prudentes?

§. 1. Fieri solet, ut cui subito deest aliquid, id à pro-

ximo postulet, quemadmodum nunc fatua Auxiliū  
virgines faciunt. Respondent illæ, ne forte non sufficiat serum pe-

nobis & vobis, ite potius, &c. In Græcis est, μήποτε, ὅτι ἀρκέ-  
σῃ ἡμῶν, nequaquam, ne non sufficiat nobis. Non sunt eo

tempore petitori damna i præsidia ab alijs, sed hæc eo  
dicuntur, ut sera & inutilis poenitentia significetur;

Diceretur illis:

Ὁ δὲ γε ὁ πονεῖς & τότε ληπὼν αὐτοῦς τὸν  
Sero bene sapis, tunc turpiter linquens Deum.

Fatua vero dici idcirco non dubito, quod furant  
non prospexerint, sed in ipso malo prius sapiant.

quos Græci vocare solent ἀπρόνοους, sero sapientes. ita Pin-  
darus Epimericea appellat in Pithiis, & Hesiodus, quia sero

ἀμυγνέουσιν, qui post erratum sapit. Hinc & illud in Cleo-  
nem stolidum, κλέων ἀμυγνέουσι ἐστὶ μετὰ πταίσματι.

Cleon post facta Promotheus. Factum enim stultus co-  
gnoscit. Maior autem fingi stultitia non potest, quam

sit eorum, qui totam vitam ludicris intenti, hoc est,  
recrentis, de salute tum primum cogitationem susci-

piunt, cum perire incipiunt. Hoc tamen magnæ  
hominum parti contingit. Non est autem consi-

lium, quod dant fatuis prudentes, sed amarulenta in-  
iurio. Fieri n. non potest, ut tempestive coemerent,

& ante ianuam clausam, ingrederentur. An emerint,  
an non inuenerint, non est opus querere; Parabola

est; Hilarius pauperes esse, à quibus emendum sit,  
docet.

§. 2. Negant prudentes, ne non vtriusq; sufficiat,  
hoc forte rectè accommodari non potest. & emble-

ma potius est. Nec enim in illa die, cum clamor factus Non dubi-  
est, Ecce sponsus venit, Electi de sua salute dabitabunt, tant in lu-

sed bunt obuiam Christo in ætæ. Deinde non igno-  
rabunt reprobi; se iam reprobos esse: aut sanè non si, vel dā-

posse se iustorum opera, aut meritis saluari. Siue enim  
oleum sit opera, siue charitas, siue fides per charita-

tem operans, non potest alteri sua quisquam dona  
communicare. Quisque sua iustitia saluetur oportet:

nunc cum tempus est, operemur bonum. Opti-  
mum Chrysostomi consilium. Ἦν ἐν τῷ θέν μὲν γὰρ να-  
μῶν; ὅτι ὁ δὲ ἡμῶν. οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἑσθίων ἀγαθῶν

ἀγαθῶν δὲ μὲν ὅτι, ἀπὸ τῶν ἐσθίων & βελόν, ἀπὸ ἐπὶ τῷ  
δυνάμει, & ὅτι, ἀπὸ τῶν ἐσθίων τὸ ἀδύνατον καὶ ἀβύρρον. Id est.

Quid igitur hinc docemur? Quia videlicet nullus Alienū &  
nos, qui per opera perdit fuerimus, suo patrocinio peribis nō

defendere & auxilio esse ibi poterit, non quia nollet, mo salua-  
sed quia non potest. Videmus enim prudentes ad iur-

possibilitatem confugere.